PROGRAMM

des

GROSSHERZOGLICHEN GYMNASIUMS

ZU OLDENBURG.

Ostern 1891.

Inhalt: 1. Wissenschaftliche Abhandlung des Gymnasiallehrers Reinhold Reinhardt: De infinitivi cum articulo coniuncti usu Thucydideo.
2. Schulnachrichten. Vom Direktor Dr. H. Stein.

Oldenburg.
Druck von Gerhard Stalling.
1891.

1891. Progr. Nr. 661.

De infinitivi cum articulo coniuncti usu Thucydideo

scripsit

Reinholdus Reinhardtus.

De infinitivi cum articulo coniuncti usu Thucydideo quamquam a. 1886. commentatus est Behrendtius ‚Über den Gebrauch des Infinitivs mit Artikel bei Thucydides' [1]), tamen eadem re tractanda supersedendum mihi esse non putavi, non propter colligendos locos, quos iam Weiskius paucis exceptis in commentatione, quae inscribitur ‚der Gebrauch des substantivierten Infinitivs im Griechischen' [2]) praeter locos e Platone, Demosthene, aliis scriptoribus depromptos attulit et inlustravit, sed duabus potissimum causis commotus: altera, quod, qui ante Thucydidem infinitivi cum articulo coniuncti praecipue apud poetas lyricos et tragicos fuerit usus, paucis in unum conferri [3]) ex usu esse mihi videtur, altera, quod aliquot locos Thucydideos ad infinit. cum artic. coni. pertinentes tractare mihi in animo est. Ac locos quidem, quibus apud Aeschylum et Sophoclem infinit. cum artic. coni. reperitur, iam pridem collegerunt G. Dindorfius et Ellendtius in lexiconte Aeschyleo et Sophocleo, ut simplicioris huius infinitivi apud Aeschylum et Sophoclem usus exempla attulisse nonnulla satis habeam. Quod attinet ad locos Thucydideos uberius tractandos, proposui mihi disputare non solum de iis, ad quos sanandos aliquid utilitatis afferre me posse spero, sed etiam ad eos propius accedere, quorum vera lectio a viris iam est indagata sagacissimis, cum, ut Fr. Haasii [4]) verbis utar, vehementer delectetur et is, qui veritatem invenerit, et is, qui ab alio inventam agnoscat.

---

[1]) Programm des Sophien-Gymnasiums zu Berlin. [2]) Neue Jahrb. 126, 494—504, 529--542. Omisi Forssmannum, qui in dissert. ‚de infinitivi temporum usu Thucydideo' (Lips. 1873) pp. 79—83 de temporibus tantum agat infinit. cum artic. coniuncti. [3]) Birkleinii librum ‚Entwickelungsgeschichte des substantivierten Infinitivs'. Würzburg 1888, in quem commentatione mea confecta incidi, ad locos tantum Euripideos et quosdam Thucydideos contuli. [4]) Lucubr. Thucyd. p. III.

A. De infinitivi cum articulo coniuncti ante Thucydidem usu.

I. Infinitivus articulo instructus reperitur subiecti loco adhibitis casibus hisee:

a) nominativo Cleobul.[1]) 2, 2; Theogn. 256; Simon. C. 95, 1. — Aesch.[2]) Prom. 624. Suppl. 995. Agam. 206. Choeph. 59. Eum. 423. Fragm.[3]) 401, 2; Soph.[4]) Ai. 260. Oed. R. 598. Oed. Col. 769. Ant. 710. El. 1054. Trach. 458. Phil. 963. Fragm. 64, 1.[5]) 76. 329, 1. 448 (bis). 669, 1[5]); Eurip.[6]) Alc. 528 (bis). 693. 876. 1081. 1086. Andr. 186. Bacch. 197. 316. 390. 396. 1150. Hecub. 260. 378. 600. Hel. 560. 748. 811. Heracl. 132. 476. 595. Hercul. Fur. 106. Suppl. 98. 911. Hipp. 247. 258. 378. 785. 1335. Iphig. Aul. 330. 563. 889. 917. 1142. 1143. 1209. 1444. Iphig. Taur. 598. 902. 1121. 1203. Ion 957. 971. Cycl. 336 (bis). Med. 122. Orest. 236. 478. 695. 823. 1182. Troa. 632. 965. Phoen. 388. 405. 721. 1200. Fragm. 9, 2. 46, 1. 161. 205, 2. 253, 1. 553, 2. 563, 2. 596. 638, 1, 2. 736, 4. 854, 1, 2. 908, 1. 1031, 1. 1033, 2. 1069, 2. Antiph. [7]) 2 β 5. 5, 91, 94 (bis). Exemplum adscribo Aesch. Prom. 624: τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.

b) accusativo in ea structura, quae dicitur accusativus cum infinitivo Soph. Ant. 27[8]): τὸν . . . Πολυνείκους νέκυν / ἀστοῖσι φασὶν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ / τάφῳ καλύψαι κτλ.; Antiph. 2 γ 6. 5, 10 (ter).

II. Infinitivus articulo instructus reperitur appositionis loco his casibus usurpatis:

a) nominativo Soph. El. 1471[9]): . . . οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν, / τὸ ταῦθ' ὁρᾶν τε καὶ προσηγορεῖν φίλως. Eurip. Heracl. 240; Antiph. 5, 51 (bis).

b) accusativo Soph. Trach. 617: . . . φύλασσε πρῶτα μὲν νόμον, / τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν πομπὸς ὢν περισσὰ δρᾶν. Antiph. 1, 5.

c) genetivo Soph. Fragm. 579, 2: . . . τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις / τοῦ . . . . / πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος . . . .

III. Accusativus infinitivi.

a) Infinit. accusativus est subiecti loco.[10])

b) Infinit. accusativus est pro appositione.[10])

c) Infinit. accusativus adicitur verbis vel vocibus verbis similibus:

α) obiecti loco; Aesch. Suppl. 1013. Agam. 498. Eum. 301; Soph. Ai. 96. 1143.[11]) Oed. Col. 47.[12]) 1127. Ant. 535. El. 467. Trach. 1243. Phil. 109. Fragm. 141, 4. 153, 9. 239, 2; Eurip. Hercul. Fur. 281. Hipp. 962. Iphig. Aul. 452. 655. 657. 824. 1409. Troa. 636. Fragm. 154, 1. 250, 2. 610. 816, 10. 897, 9. 1052, 9; Antiph. 5, 43. Exemplo sit Eurip. Troa. 636: τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω.

---

[1]) Bergk Poet. lyr. Graec.[2] [2]) Dindorf.[5] [3]) Tragic. Graec. Fragm. rec. Nauck.[2] [4]) Schneidewin-Nauck. [5]) Ellendt. et Dindorf. non praebent. [6]) Nauck.[3] [7]) Blass. [8]) Iniuria censent Ellendt. et Dindorf. τὸ . . . καλύψαι esse casum nominativum. [9]) apud Ellendt. et Dindorf. non exstat. [10]) vid. supra. [11]) τὸ πλεῖν Ellendt. et Dindorf. infinit. epexegeticum (in ἐπεξηγήσει) intellegi volunt. [12]) τοὐξανιστάναι cum Nauckio accusativum infinit. e voce οὐκ ἔστι ἐμοὶ θάρσος = οὐ θαρρῶ pendentem facio. Neque τοὐξ. aut genetivum esse aut nominativum substantivo θάρσος explicative additum, id quod vult Ellendtius, locus, quem habet θάρσος, sinere mihi videtur.

β) pro praedicato Eurip. Fragm. 743, 1: τὸ δὲ στρατηγεῖν τοῦτ' ἐγὼ κρίνω, καλῶς / γνῶναι κτλ.

γ) ad consecutionem significandam, ut infinit. accusativus sit pro enuntiato consecutivo. A duobus incipiamus locis Sophocleis, quibus locis infinitivus sequitur affirmativus; Oed. R. 1425 et Ant. 1106. Priore loco legimus: . . . πάρεσθ' ὅδε / Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν, posteriore: . . μόλις μὲν καρδίας δ'ἐξίσταμαι / τὸ δρᾶν. Reliquis locis, quibus infinit. accusativus eam, quam diximus, habet notionem, infinitivo additam videmus negationem. Reperitur enim negatio μή: Aesch. Prom. 236. 865. Pers. 292. Agam. 15. 568. 1589. Choeph. 302. Eum. 220. 940. Exemplo utor Pers. 292: . . . ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορά, / τὸ μήτε λέξαι μήτ' ἐρωτῆσαι πάθη. Diversus est Eurip. Alc. 694, quo loco negatio μὴ verbo antecedenti διαμάχεσθαι (= recusare) efficitur. Est deinde negatio μὴ οὐ post verba cum negatione coniuncta: Aesch. Prom. 786 (. . . οὐκ ἐναντιώσομαι / τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρήζετε). 918. Agam. 1171. Eum. 914; Soph. Ai. 96. 728. Oed. R. 283. 1232. 1388. Ant. 443. 544. Trach. 90. 622; Eurip. Hipp. 48. Phoen. 1176. Fragm. 1064, 2.

Pauca dicenda sunt de Aesch. Agam. 1171; Soph. Ai. 96. Oed. R. 1388. Ant. 443, quibus locis vulgata est scriptura τὸ μή. At quattuor his locis ut τὸ μὴ οὐ legatur, proprietatem sermonis et Aeschylei et Sophoclei postulare existimo. Confero Trach. 90, ubi editores οὐ librorum τὸ μὴ a Brunckio additum in textum receperunt. Neque assentior Kuehnero,[1]) qui hos locos in numero ponit eorum, quibus μὴ pro μὴ οὐ esse contendit. Agam. 1171. iam olim Blomfieldius[2]) τὸ μὴ οὐ dedit, quod a Weilio, qui coniecturae huius auctorem laudat Herwerdenum[3]), in textum insertum invenio. Tribus locis Sophocleis etiam Nauckius τὸ μὴ οὐ exspectat.

d) Infinit. accusativus pendet ex adiectivis ad relationem indicandam. Sunt haec: ἀμήχανος Soph. Ant. 78 (. . τὸ . . δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος) ἑτοῖμος El. 1079; ἴσος Eurip. Hecub. 536; μακρός Soph. El. 1030.[4]).

e) Infinit. accusativus est in exclamatione Soph. Phil. 234: . . . φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν / πρόσφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ. Eurip. Alc. 832. Med. 1052. Fragm. 439, 1. 739, 1. 1034, 1.

IV. Genetivus infinitivi.

a) Infinit. genetivus est pro appositione.[5])

b) Infinit. genetivus adicitur substantivis eisque, quae ad vim supplendam egent genetivo. Habeo haec: ἀδυναμία (τοῦ λέγειν) Antiph. 5, 2; ἀπειρία Eurip. Fragm. 816, 10; δύναμις Antiph. 5, 1; ἔρος Eurip. Iphig. Taur. 1172; ἴασις Antiph. 5, 94; μελέτη Soph. Phil. 197; σημεῖον Anth. 2 γ 8; τέλος Soph. Oed. Col. 1531[6]); φάρμακον Ion 1, 10; φόβος Eurip. Ion 1300; ὥρα Soph. Trach. 57.

c) Infinit. genetivus est suspensus ab adiectivis, quae sunt eiusdem generis ac substantiva, quae supra diximus. Reperiuntur haec: ἄπειρος Antiph. 5, 3; ἄφροντις Eurip. Fragm. 958; ἔμπειρος Antiph. 5, 7; προμηθής (τοῦ θανεῖν πρ.) Soph. El. 1078.[6])

---

[1]) Ausführl. Gr. der griech. Spr. II², 770 u. [2]) Aesch. Trag. rec. G. Hermannus 1852. II, 463. [3]) Aesch. Trag. rec. H. Weil 1884. p. IL. [4]) Ellendt. et Dindorf. τὸ κρῖναι infinit. epexegeticum intellegunt. [5]) vid. p. 2. [6]) omis. Ellendt. et Dindorf.

d) Infinit. genetivus est in comparatione Soph. Fragm. 513, 3; Eurip. Hercul. Fur. 286. Hipp. 191. Troa. 637 (τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν). Phoen. 731. Fragm. 135, 2; Antiph. 5, 91.

e) Infinit. genetivus pendet e verbis.

α) ad causam significandam Soph. Fragm. 63[1]); Eurip. Iphig. Aul. 677 (ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ τοῦ μηδὲν φρονεῖν). Antiph. 3 γ 10 (ὡς . . . οὐδὲ τοῦ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι . . . ἀπολύεται, . . . δηλώσω).

β) genetivus partitivus Soph. Ai. 476 (τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει / προσθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν;). Fragm. 25, 3[1]). 328, 3[1]); Eurip. Fragm. 277, 3.

f) Infinit. genetivus pendet ex adverbiis, quae cum genetivo coniungi solent. Habeo haec: ἅλις Eurip. Orest. 240; δίχα Aesch. Agam. 1369; ἔξω Eurip. Bacch. 853; πάρος Heracl. 201 (πάρος τοῦ ζῆν).

V. Dativus infinitivi.

a) Infin. dativus significat comparationem post ταὐτόν Eurip. Troa. 632 (οὐ ταὐτόν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν) et ἴσος ibid. 636; Soph. Fragm. 669, 2.[1])

b) Infinit. dativus effert instrumentum Aesch. Suppl. 802 (τῷ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦμαι κτλ.)

c) Infinit. dativus indicat actionis seu status rationem vel causam Aesch. Fragm. 266, 3; Soph. El. 219. Trach. 463; Eurip. Hipp. 399 (. . . τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν τῷ σωφρονεῖν νικῶσα προυνοησάμην); Antiph. 5, 3, 8, 37, 54.

VI. Infinitivus articulo instructus pendet e praepositionibus.

Reperiuntur coniunctae:

a) cum accusativo: διά Eurip. Hel. 1401; Antiph. 2 γ 7. 3 δ 6 (ter). 4 β 8. 5, 93[2]); εἰς Soph. Oed. Col. 1368 (εἰς τὸ συμπονεῖν). 1537; Eurip. Andr. 729. Fragm. 1042, 1; παρά Aesch. Choeph. 959; πρός ibid. 417; Antiph. 4 δ 8; ὡς Theogn. 288.

b) cum genetivo: ἕνεκα Eurip. Orest. 1529; πρό Soph. Ant. 882 (πρὸ τοῦ θανεῖν); ὑπό Eurip. Fragm. 136, 6.

c) cum dativo: ἐν Aesch. Prom. 381 (ἐν τῷ προμηθεῖσθαι); Soph. Ai. 554. Oed. Col. 115. 496. 795; Eurip. Fragm. 302, 16. 1073, 7; Antiph. 1, 8. 5, 73.

B. De infinitivi cum articulo coniuncti usu Thucydideo.

I. Infinitivus articulo instructus reperitur subiecti loco adhibitis casibus hisce:

a) nominativo I, 5, 3[3]) (τό τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις . . . ἐμμεμένηκεν). 42, 3 (bis). 124, 1. 142, 3. II, 35, 2. 44, 3 (bis). 64, 4. 87, 2. III, 58, 1. 82, 4. 83, 1. V, 9, 1[4]). 102. VI, 12, 1. 37, 2. 89, 5. VII, 14, 1. 27, 2. 64, 1. 68, 3. 71, 6. 81, 6.

---

[1]) apud Ellendt. et Dindorf. non exstant. [2]) non quinquies, ut Weiskius p. 534 l. c. dicit. [3]) Krüger[3]. [4]) Pro ea quae vulgata huius loci olim erat scriptura. τὴν δὲ ἐπιχείρησιν ᾧ τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι διδάξω, ἵνα μὴ τῷ τε κατ' ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν . . . ἀτολμίαν παράσχῃ secundum Popponis coniecturam a Classenio causis gravissimis defensam ita scribendum videtur: τὴν δὲ ἐπιχείρησιν . . . διδάξω, ἵνα μή τῳ κατ' ὀλίγον . . κινδυνεύειν . . . ἀτολμίαν παράσχῃ.

Accuratius tractandus videtur I, 42, 3, cuius loci verba sunt haec: τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους ἐχυρωτέρα δύναμις ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν. Quaeritur, utrum articulus τὸ, qui est ante πλέον, ad πλέον an ad ἔχειν pertineat. Poppo quidem ad hunc locum adnotat: ‚articulus τὸ ad ἔχειν potest referendus videri, nisi eum ad πλέον mavis spectare, ut τὸ πλέον sit potior locus, melior condicio'. Similiter Kruegerus quaestionem in dubio relinquit. Classenius quamquam artic. τὸ ad πλέον refert, mutari tamen eum vult in τὶ, cum τὸ πλέον consuetudini repugnet. Quod esset verum, si πλέον cum ἔχειν coniunctum hoc loco notionem haberet usitatam et idem valeret ac πλεονεκτεῖν. Sed cum hic verbis τὸ πλέον locus superior, in quem Athenienses societate cum Corcyracis inita sint perventuri, significetur, ad πλέον articulum spectare puto, qua in re pronomen indefinitum, quod ab Herwerdeno in textum receptum video, id, quod desideratur, valde deminueret. Maxime autem collocatio verborum τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας, ut τὸ ad πλέον referatur, postulat. Quibuscunque enim locis participia pro praedicato subiecto infinitivi articulo instructi addita reperiuntur, inter articulum et infinitivum suum tenent locum. Laudo II, 11, 3: διὰ τὸ καταφρονοῦντας ἀπαρασκεύους γενέσθαι. VI, 80, 1: τὸ μηδετέροις δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν. IV, 18, 3: διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι. VI, 34, 8: τὸ δ' ἤδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας ὡς ἐπὶ κινδύνων πράσσειν. VII, 44, 5: διὰ τὸ κρατοῦντας αὐτοὺς καὶ μὴ διεσπασμένους ἧσσον ἀγνοεῖσθαι. I, 121, 4: ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' ἐκείνων αὐτὰ ἀφαιρεθέντες αὐτοῖς τούτοις κακῶς πάσχειν. I, 37, 2: διὰ τὸ ἥκιστα ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέοντας μάλιστα τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ καταίροντας δέχεσθαι. Qua de causa repudianda est sententia Stahlii, qui articulum τὸ ad infinit. ἔχειν pertinere vult.

Iam oritur quaestio, infinitivus ἔχειν possit carere articulo necne. Equidem articulum omitti posse nego, quod, quibus locis infinitivus particula ἢ antecedentibus opponitur, articulus adiectus est. Conferas velim I, 70, 5: . . . ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι et II, 42, 3: . . . τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τὸ ἐνδόντες σώζεσθαι τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον . . . . Quibus causis artic. τὸ ipsam post particulam ἢ et ante vocabula τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας ponendus videtur. Articulum τὸ autem ante sequens τῷ facillime potuisse excidere apparet. An librarius aliquis, cum articulum, qui est ante πλέον, ad ἔχειν referret, eundem post particulam ἢ delevit? Quibus disputatis locus, de quo egimus, ita scribendus est: τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους ἐχυρωτέρα δύναμις ἢ τὸ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν.

b) accusativo in ea structura, quae vocatur accusativus cum infinitivo VI, 14: καὶ σύ, ὦ πρύτανι, ταῦτα . . . ἐπιψήφιζε . . . νομίσας . . . τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' εἶναι, ὃς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ ὡς πλεῖστα κτέ. III, 12, 2. VI, 34, 8.

c) genetivo in ea structura, quam dicunt genetivum absolutum III, 12, 2[1]): ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὄντος τοῦ ἐπιχειρεῖν καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνεσθαι.

II. Infinitivus articulo instructus reperitur appositionis loco.

Quod factum videmus iis locis, quibus id agitur, ut notio, quam continet infinitivus, totius enuntiationis significetur gravissima. Hoc modo omnes infinitivi casus adhibiti sunt.

---

[1]) Weiskius l. c. p. 502 III, 2, 3?

a) nominativus I, 32, 3: καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη et ibid. 41, 2.

b) accusativus VI, 80, 1: καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμήθειαν δοκεῖν τῳ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους βοηθεῖν. IV, 73, 2. V, 9, 6 (ter). VII, 28, 3.

V, 9, 6 codices praebent haec: καὶ νομίσατε εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι. Complures viri docti haeserunt in articulo τὸ, qui est ante infinit. αἰσχύνεσθαι, quod utrumque infinitivum et αἰσχύνεσθαι et πείθεσθαι pendere censebant ex ἐθέλειν, quippe quod absolute poni non posset. Delevit igitur articulum Reiskius[1]) eumque secuti Bekkerus, Poppo, Forssmannus[2]). Sed quamquam apud Thucydidem[3]) nullum inveni locum, qui absolutum verbi ἐθέλειν confirmat usum, recte tamen fecisse puto Classenium, quod codicum scripturam non solum retinuit, sed etiam tertio infinitivo articulum, qui ante vocabula τοῖς ἄρχουσι facillime excidere potuit, adiecit, id quod iam olim Kruegerus suaserat. Brasidas enim milites allocutus ad animos inflammandos ostendit, quibus virtutibus instructi prospere sint pugnaturi, quas enumerat tres: τὸ ἐθέλειν, τὸ αἰσχύνεσθαι[4]), τὸ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι, quae verba patrio sermone ita verto: Entschlossenheit, Ehrgefühl, Gehorsam gegen die Führer. — Praeter hanc coniecturam a Classenio propositam Stahlius post νομίσατε Stobaeo[5]) nisus τρία, quod etiam scholiasta videtur legisse, cum dicat: ἐκ τριῶν γίγνεται τὸ καλῶς πολεμεῖν, in textu posuit, qua in re eum secutus est Classenius. Est vero Thucydidis in eius modi enumeratione ipsius numeri praeponere indicium. Laudatis a Stahlio exemplis I, 33, 3. 74, 1. 122, 4. III, 40, 1. IV, 64, 5. addo I, 36, 4. III, 66, 2. Legendum est igitur V, 9, 6: καὶ νομίσατε τρία εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν, τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ τὸ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι.[6])

Pauca dicam de VII, 28, 3, cuius loci initium ita cum Hudio[7]) lego: μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπίεζεν ὅτι δύο πολέμους ἅμα εἶχον, καὶ ἐς φιλονικίαν καθίστασαν τοιαύτην ἣν πρὶν γενέσθαι ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας, τὸ γὰρ αὐτοὺς πολιορκουμένους ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας, ἀλλὰ ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν, ..., καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης . . . . Infinitivos τὸ . . . ἀποστῆναι (ἀντιπολιορκεῖν) et ποιῆσαι alii aliter explicant. Mihi quidem veri simillimum videtur Stahlio[8]) auctore eos ita intellegi, ut accusativi ἥν, qui ad praecedens spectat φιλονικίαν, appositionis partibus fungantur. Quod infinitivo ἀντιπολιορκεῖν articulus non est adiectus, id quod post particulam ἀλλά fere fit[9]), non offendit. Neque agitur de oppositione sententiarum, potius id, quod in priore enuntiatione verbis τὸ γὰρ αὐτοὺς . . . μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας negative dictum est, in posteriore ἀλλὰ κ. τ. ἑ. affirmative definitum videmus.

---

[1]) Animadvers. ad Graec. auct. III, p. 47. [2]) p. 19 l. c. [3]) nam V, 28, 3: οἱ μὲν οὖν Ἀργεῖοι οὕτως ἐς τὴν ξυμμαχίαν προσεδέχοντο τοὺς ἐθέλοντας τῶν Ἑλλήνων cum Kruegero audiendum erit προσχωρεῖν. [4]) conf. I, 84, 3, ubi Thuc. Archidamum haec dicentem facit: πολεμικοί . . . γιγνόμεθα, . . ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία. [5]) Florileg. 51, 35 Gaisford. [6]) Sic etiam Behrendtius p. 13 l. c. [7]) Thuc. Hist. libri VI—VIII ad optimos codices denuo collatos rec. C. Hude. Hauniae 1890. [8]) γὰρ αὐτοὺς mutat St. in παρ' αὐτοῖς, cum particula γάρ in appositione ferri non possit. Krüger Griech. Sprachl.[5] § 57, 10, 5. [9]) conf. II, 44, 3. VII, 81, 3.

Interdum, ubi infinitivus est pro appositione, deest[1]) articulus, ut III, 66, 1: . . . τὰ μὲν ὁμοῖα οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ κτέ. ibid. 13, 6. VI, 18, 5.

c) genetivus VIII, 87, 3: ἄλλοι (sc. εἰκάζουσι) δ' ὡς καταβοῆς ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα, τοῦ λέγεσθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, quo loco pro τὸ plurimorum codicum Poppone auctore τοῦ receptum est.

d) dativus VII, 36, 5: τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι, τῷ ἀντίπρῳρον ξυγκροῦσαι, μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι. Sic enim scribendum videtur secundum explicationem a Classenio in appendice critica prolatam, quam ob rem de coniecturis a Madvigio et Stahlio propositis et de scriptura codicum, qui pro τῷ praebent τὸ, quod Boehmius et Birkleinius[2]) tuentur, diligentius agere operae pretium esse non puto.

III. Accusativus infinitivi.

a) Infinit. accusativus est subiecti[3]) loco.

b) Infinit. accusativus est pro appositione.[4])

c) Infinit. accusativus regitur verbis:

α) ad obiectum significandum IV, 126, 5: τοῦ τε ἐς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ἡμᾶς ἀκινδύνως ἡγοῦνται. I, 70, 5. II, 40, 1. 42, 3 (bis). 87, 3. III, 40, 2. 82, 8. VI, 14. 18, 7. 61, 5. VII, 68, 2. 81, 3 (bis). VIII, 92, 11.

Uno loco, VI, 76, 3, infinitivum obiecti loco sine articulo deprehendi: ἡγεμόνες (sc. οἱ Ἀθηναῖοι) γὰρ γενόμενοι ἑκόντων τῶν τε Ἰώνων καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι ὡς ἐπὶ τοῦ Μήδου τιμωρίᾳ, τοῖς μὲν λειποστρατίαν, τοῖς δ' ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν, τοῖς δ' ὡς ἑκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ ἐπενεγκόντες κατεστρέψαντο.

β) ad consecutionem indicandam. Utitur enim Thucydides post verba negativo sensu praedita infinit. accusativo aut ad effectum significandum aut ad consecutionem efferendam. Eius modi verba exstant haec: διακωλύειν[5]) VIII, 82, 2. εἴργειν[6]) III, 1. διείργειν VI, 1. ἐπέχειν II, 81, 3[7]). VII, 33, 2[8]). παύειν VII, 53, 4[8]). Exemplo sit III, 1: καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν. Nonnullis locis in enuntiato infinitivi ope formato negationem μὴ reperies, ut III, 1. VI, 1. VII, 53, 4, sed cave, ne negationem illam opineris esse supervacaneam eamque movere offensionem, cum post verba et substantiva negativo sensu instructa tale μὴ in usu sit. E substantivis cum infinitivi genetivo coniunctis[9]) habeo duo, post quae μὴ invenitur: ἀπορία II, 49, 4 (ἡ ἀπ. τοῦ μὴ ἡσυχάζειν) et ἀπιστία III, 75, 3 (τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιστίᾳ). — Refert comparandi causa afferre locos duos, qui auctorem habent Schillerum nostrum. Legimus enim apud eum verba haec: ‚Pappenheim behauptete während des thüringischen Zugs des Tilly das magdeburgische Gebiet, hatte aber nicht verhindern können, dasz die Schweden nicht mehrmalen die Elbe passierten'[10]) et altero loco: ‚Verhüt' es Gott, dasz ich nicht Hilfe brauche.'[11])

---

[1]) conf. Soph. El. 1507. Trach. 1178. Phil. 311. [2]) p. 53 l. c.; ibid. etiam VIII, 87, 3 scripturam codd. defendit. [3]) vid. p. 5. [4]) vid. p. 6. [5]) διακωλ., ὥστε μή IV, 132, 2; cum nudo infinitivo III, 49, 3; κωλύειν, ὥστε μὴ VII, 36, 5. [6]) εἴργειν, ὥστε μὴ V, 49, 1; cum nudo infinit. I, 62, 3. [7]) artic. τὸ ad infinit. καταλαβεῖν pertinere cum Classenio credo. Scholiastae τὸ τό' περιττὸν κεῖται ineptum mihi videtur. [8]) Infinitivos τὸ ἐπιχειρεῖν et τὸ μὴ προσελθεῖν Behrendtius p. 6 et 7 l. c. pro obiecto esse vult. [9]) vid. p. 19. [10]) Geschichte des dreiszigjähr. Kriegs S. 173. Cotta. [11]) Tell III, 1.

d) Infinit. accusativus pendet ex adiectivis relativis.

Sunt duo: ἱκανός VI, 17, 6 (τὸ μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐσβάλλειν, κἂν μὴ ἐκπλεύσωμεν, ἱκανοί εἰσιν κτἑ.) et πρόθυμος II, 53, 2. Praeter illum locum Thucydides formulam ἱκανὸν εἶναι nudo cum infinitivo [1]) coniungere solet.

e) Infinit. accusativus absolute reperitur duobus his locis [2]): IV, 28, 1 (ὁ δὲ Νικίας . . . ὁρῶν αὐτὸν (τὸν Κλέωνα) ἐπιτιμῶντα, ἐκέλευεν ἥντινα βούλεται δύναμιν λαβόντα τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι ἐπιχειρεῖν) et VIII, 48, 6.

IV. Genetivus infinitivi.

a) Infinit. genetivus est pro subiecto. [3])

b) Infinit. genetivus est appositionis [4]) loco.

c) Infinit. genetivus adicitur substantivis:

α) genetivus epexegeticus vel explicativus. Is autem inf. genetivus a Thucydide post haec substantiva positus est: ἀδυνασία VII, 8, 2. ἀήθεια IV, 55, 4. αἰτία VI, 105, 3. ἀπιστία III, 75, 3. ἀπόγνοια III, 85, 2. ἀπόδειξις II, 13, 7. ἀπορία II, 49, 4. ἀρρωστία [5]) III, 15. βλάβη VI, 41, 2. διάνοια V, 9, 4. δόκησις VII, 67, 1. ἐλπίς I, 144, 1. II, 56, 2. ἐπιείκεια V, 86. ἐπιθυμία VII, 84, 1. πέρας VII, 42, 2. πρόφασις I, 126, 1. 146 [5]). IV, 126, 5. σημεῖον IV, 120, 4. τέκμαρσις II, 87, 1. ὑπερβολή III, 82, 3. ὑπόμνησις II, 88, 2. IV, 17, 2. φθόνος III, 82, 9.

Adiciendum est adiectivum unum, quod cum articulo coniunctum substantivi vice fungitur: τὸ ἀφανές II, 42, 3. Pro exemplo sit I, 146: σπονδῶν γὰρ ξύγχυσις τὰ γιγνόμενα ἦν καὶ πρόφασις τοῦ πολεμεῖν.

Uberiorem postulant explicationem II, 87, 1 et VII, 67, 1. Priore loco, II, 87, 1, leguntur haec: ἡ μὲν γενομένη ναυμαχία, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, εἴ τις ἄρα δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλλουσαν, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν τὸ ἐκφοβῆσαι. Haeserunt multi viri docti in articulo τό. Reiskius quidem, cuius sententiam sequuntur Boehmius et Behrendtius [6]), τὸ ἐκφοβῆσαι accusativum obiecti, τέκμαρσιν accusativum praedicati esse vult, cum interpretetur: ‚superius proelium navale habet τὸ ἐκφοβῆσαι non iustam argumentationem futuri; quod superior pugna navalis vos terruerit, in eo non est satis firmum argumentum de futuro eventu male sperandi'. Nec multum a Reiskii interpretatione differt Kruegeri: ‚die gelieferte Seeschlacht hat nicht als gebührende Ermessung die Einschüchterung'. Utraque autem explicatio est talis, ut huius loci sensum obscuret potius quam declaret. [7]) Nec magis vera mihi videtur esse interpretatio Classenii, qui infinitivum significare adnotat effectum, quam ad sententiam firmandam hos locos laudat: Thuc. II, 53, 3 (Kr. 2). ibid. 81, 4 (Kr. 3). VII, 33, 3 (Kr. 2); Soph. Ai. 1143.

At primo loco infinit. accusativus τὸ προσταλαιπωρεῖν ex adiectivo πρόθυμος pendens significat relationem. [8]) Loco altero et tertio articulus τὸ infinitivis καταλαβεῖν et ἐπιχειρεῖν post verbum ἐπέχειν additus offensionem movet nullam, cum Thucydides post verba negativa accusativum infinit. ad effectum indicandum [9]) ponat. Quo in genere quin formula τέκμαρσιν εἶναι collocari non possit,

---

[1]) Behrendtius p. 9 l. c. [2]) apud Behrendtium non inveni. [3]) vid. p. 5. [4]) vid. p. 7. [5]) Weiskius p. 497 sq. l. c. non praebet. [6]) p. 7 l. c. [7]) Similiter iudico de sententia Birkleinii, qui p. 52 l. c. nostro loco cum VI, 17, 6 et II, 53, 2 (vid. p. 7) enumerato τὸ ἐκφοβῆσειν accusativum relationis esse contendit. [8]) vid. supra. [9]) vid. p. 7.

nemo erit, qui dubitet. Quartus locus, Soph. Ai. 1143, haec verba continet: ἤδη ποτ᾽ εἶδον ἄνδρ᾽ ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν / ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν. At hic infinit. accusativus τὸ πλεῖν pro obiecto est[1]), ut ne hic quidem locus ad stabiliendam Classenii sententiam quidquam valeat. Multo autem simpliciorem loci sanandi rationem iam iniit Stephanus, cum τὸ mutaret in τοῦ, ut τοῦ ἐκφοβῆσαι e substantivo τέκμαρσις pendeat, quam mutationem esse facillimam eandemque ad enuntiationis sensum aptissimam fatendum erit. Recte igitur hanc coniecturam, quam etiam Meinekius[2]) proposuit, in textum receperunt Stahlius et Herwerdenus. Nec silentio praetereundum mihi videtur, quod in libris Thucydideis pro τοῦ interdum scriptum reperitur τό, veluti VIII, 87, 3[3]), VII, 67, 1, VI, 14[4]).

Alterius loci, VII, 67, 1, verba sunt haec: ἡμῶν δὲ τό τε ὑπάρχον πρότερον, ᾧπερ καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ τῆς δοκήσεως προσγεγενημένης αὐτῷ, τὸ κρατίστους εἶναι, εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. Difficultates praebet articulus τὸ ante vocabulum κρατίστους. Qui eum tuentur, conferunt Soph. Ant. 235, ubi legitur: τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος, / τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον. At iniuria, cum loco Sophocleo artic. τὸ ideo suum teneat locum, quod τῆς ἐλπίδος δεδραγμένος verbi ἐλπίζειν partibus fungitur. Neque Classenius quidquam agit, quod provocat ad Thuc. II, 81, 4 (Kr. 3) et VII, 33, 3 (Kr. 2), ubi post verbum ἐπέχειν infinit. cum articulo τὸ coniunctus reperiatur. Ut enim pro τῆς δοκήσεως προσγεγενημένης simplex verbum ponere possimus, nihil nos id iuvat propter causam supra[5]) allatam. Mutationem proposuit Kruegerus, cum pro τὸ coniceret τοῦ, ut genetivus τοῦ . . . εἶναι e δοκήσεως pendeat. Secutus est eum Hudius, qui τοῦ in textum receptum habet, cum Behrendtius[6]) genetiv. τοῦ ... εἶναι appositionis loco esse malit. Et haec difficultatis sanandae ratio Kruegeri multo melius mihi placet quam Reiskii Stahlio probata, qui articulum esse delendum censuit.

Paucis agendum est etiam de I, 87, 4, ubi leguntur haec: ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι, ἐγένετο κτέ. Sic codices. Offensionem movet articulus τοῦ, cum finalem[7]) sensum verba τοῦ . . . λελύσθαι non habeant, ut sit mirum, cur Poppo, Kruegerus, Boehmius, Schoenius hunc infinitivum commate ab antecedenti τῆς ἐκκλησίας seiunxerint. Neque Classenius, qui genet. τοῦ λελύσθαι pendentem facit e substantivo διαγνώμη sequente Behrendtio[8]), offensionem tollit, cum haec coniunctio ferri vix possit. Kruegerus τοῦ mutari volebat in τό, ut verba τὸ τὰς σπονδὰς λελύσθαι appositionis loco vocabulum διαγνώμη interpretentur. Sed vereor, ne probabilior mutatione illa quamvis facillima et ad loci sensum aptissima sit sententia Herwerdeni, Cobeti, Stahlii, qui verba τοῦ τὰς σπ. λελύσθαι deleri volunt, cum et e sequentis capitis initio hunc in locum ea inrepsisse veri simile sit nec deletis iis quidquam desideretur.

Sed priusquam videamus, quas praeter hanc exprimat rationes is, qui e substantivis pendet, infinitivi genetivus, de substantivis, quae supra enumeravimus, pauca addenda sunt. Coniungit enim Thucydides ex iis nudo cum infinitivo vocabulum ἐλπίς in formulis ἐλπίδα εἶναι II, 80, 1. V, 102 et ἐλπίδα ἔχειν II, 21, 1. VII, 41, 2. Praeterea vocabula exstant similia, quibus et ipsis Thucydides infinitivum addidit nudum, velut ἐξουσία VII, 12, 3. ἔρως = ἐπιθυμία VI, 24, 2; ὑποψία I, 132, 2.

[1]) vid. p. 2. Krüger a. a. O. § 46, 15. Kühner a. a. O. II. S. 267, 6. [2]) Hermes 3, 363. [3]) vid. p. 7. [4]) vid. p. 11 sqq. [5]) vid. p. 8 extr. [6]) p. 20 l. c. Eandem tribuit vim infinitivo Birkleinius p. 53 l. c., retineri autem vult aeque ac VII, 36, 5 et VIII, 87, 3 (vid. p. 7) codicum scripturam. [7]) vid. p. 13. [8]) p. 15 l. c.

β) ad qualitatem actionis[1]) exprimendam, cuius generis unum apud Thucydidem inveni exemplum, VIII, 39, 3: . . . ἀγγελίαν ἔπεμπον ἐπὶ τὰς ἐν τῇ Μιλήτῳ ναῦς τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι. Iniuria hunc infinit. genetivum substantivo ἀγγελία additum commentatores, ut Kruegerus, Classenius, Weiskius[2]), Behrendtius[3]), genetivum finalem[4]) intellegunt. Eadem est in lingua Latina constructio, ubi ei respondet genetivus gerundivi. Reperitur apud Caesarem primum, bell. Gall. IV, 17[5]) extr.: si arborum trunci sive naves deiciendi operis essent . . missae, post eum apud Sallustium, ut Hist. 1, 51 Kr. 3: exercitum opprimendae libertatis habet, apud Livium, ut I, 1: ... sedem condendaeque urbis locum quaerere, locis tribus apud Tacitum: Ann. XII, 24: sulcus designandi oppidi, Hist. II, 100. III, 49.

γ) genetivus partitivus post τὸ πλεῖστον IV, 34, 1: . . . αὐτοὶ τῇ . . ὄψει τοῦ θαρσεῖν τὸ πλεῖστον εἰληφότες . . . ὥρμησαν ἐπ' αὐτοὺς κτέ.

d) Infinit. genetivus pendet ex adiectivis. Habeo unum: ἔμπειρος II, 4, 1, quo loco inf. genet. relationem indicat. Leguntur ibi haec: ἐφοβήθησαν (sc. οἱ Θηβαῖοι) καὶ τραπόμενοι ἔφυγον διὰ τῆς πόλεως, ἄπειροι μὲν ὄντες οἱ πλείους ἐν σκότῳ καὶ πηλῷ τῶν διόδων ᾗ χρὴ σωθῆναι . . . ., ἐμπείρους δὲ ἔχοντες τοὺς διώκοντας τοῦ μὴ ἐκφεύγειν. Quaeritur, quo sensu positus sit infinit. genetivus τοῦ μὴ ἐκφεύγειν. Poppo, Kruegerus[6]), Boehmius eum spectare censent ad participium διώκοντας et significare consilium, at iniuria, cum consilii notio iam verbo διώκειν satis contineatur, ut veri simile non sit Thucydidem eam proprio adiecisse vocabulo. De mutando articulo cogitavit Dobreus[7]), cui in animum venit pro τοῦ μὴ scribere τὸ μὴ collatis III, 1 et VI, 1, quibus locis post verba εἴργειν et διείργειν accusativus infinit. legitur; at talis infinitivus non invenitur nisi post verba negativa[8]), quale διώκειν non est. Adde quod propter sequens enuntiatum consecutivum ὥστε διεφθείροντο tautologia, quam vocant, oritur. Aliam interpretandi viam ingressus est Classenius, cum τοῦ μὴ ἐκφεύγειν ad adiectivum ἐμπείρους referret. Qualis enim sit ratio inter vocabula ἄπειροι μὲν ὄντες et διόδων ᾗ χρὴ σωθῆναι, talem intercedere inter ἐμπείρους δὲ ἔχοντες τοὺς διώκοντας et τοῦ μὴ ἐκφεύγειν. Qua in interpretatione displicuit A. Schoenio[9]) hoc, quod prorsus incertum sit, quis effugiat. Qua de causa pro τοῦ μὴ proposuit οὗ ἦν. Sed ne haec quidem coniectura, quamvis sit neque ad litteras dissimilis et ad sententiam aptissima, probari poterit. Quibuscunque enim locis ἦν eodem sensu ac παρῆν vel ἐξῆν apud Thucydidem reperitur, cum negatione coniunctum est, veluti II, 97, 4 (οὐ γὰρ ἦν πρᾶξαι οὐδέν). IV, 9, 2 (οὐ γὰρ ἦν ὅπλα . . . πορίσασθαι). IV, 11, 2 (. . οὐκ ἦν [schol.: οὐ δυνατὸν ἦν] . . . προσσχεῖν). VII, 44, 5 (. . . διὰ τὸ μὴ εἶναι ἄλλῳ τῳ γνωρίσαι). Quod autem Stahlius ἐκφεύγειν mutavit in ἐκφρεῖν, nequit probari, propterea quod Nauckius[10]) ostendit eo quo Thucydides scripsit saeculo verbi ΦΡΕΩ inveniri composita quidem, nullam autem formam, quae sit temporis praesentis. Apud Thucydidem unus tantum isque incertus exstat locus, VII, 32, 1, quo pro codicum plurimorum διαφήσουσι codice Britannico auctore ab Hudio διαφρήσωσι scribitur. Herwerdenus denique verba τοῦ μὴ ἐκφεύγειν e textu eiecit, quae sanandi

---

[1]) Nipperdeius ad Tac. Ann.[6] II, 59; Dräger Histor. Synt. d. lat. Spr. II, 834. Heraeus ad Tac. Hist.[3] II, 100. [2]) p. 502 l. c. [3]) p. 15 extr. l. c. [4]) vid. p. 13. [5]) comparat Doberenzius ibid.[7] V, 8 extr. quas sui quisque commodi fecerat (sc. naves), ego confero III, 11: iniuriae retentorum equitum Romanorum. [6]) ponit in adnot. ad I, 4 hunc locum in numero eorum, quibus inf. genetivus consilium significat. Quod ad II, 4, 1 vertit ‚so dasz sie nicht entfliehen konnten', nullo modo ferri potest. [7]) Advers. crit. 1, 48. [8]) vid. p. 7. [9]) Rh. M. 22, 137. [10]) Bullet. de l'Acad. de St. Petersbourg 6, 424 sqq.

ratio minimam habet probabilitatem. Ut enim priore in membro adiectivo ἄπειροι verba τῶν διόδων ᾗ χρὴ σωθῆναι addita sunt, ita in posteriore adiectivum ἐμπείρους propter oppositionis rationem additamentum postulat. Qua de causa cum Classenio teneo genetivum infinit., qui ex ἐμπείρους pendeat, eumque eo facilius ad ἐμπείρους δὲ ἔχοντες τοὺς διώκοντας se applicare puto, quod utrumque enuntiatum idem habet subiectum.

e) Infinit. genetivus est in comparatione IV, 126, 5: τοῦ τε ἐς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ἡμᾶς ἀκινδύνως ἡγοῦνται, quo loco inf. genetivum pro ἤ cum accusativo positum esse apparet.

f) Infinit. genetivus pendet e verbis et vocibus verbis similibus:

α) genetivus praedicativus V, 9, 6[1]): καὶ νομίσατε τρία εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν κτέ. Iniuria Weiskius et Behrendtius τοῦ κ. πολεμεῖν e τρία pendere volunt, ille[2]) attributi loco, hic[3]) pro praedicato.

β) ad significandum obiectum post verbum ὀρέγεσθαι II, 65, 6: οἱ δὲ ὕστερον ἴσοι αὐτοὶ μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους ὄντες καὶ ὀρεγόμενοι τοῦ πρῶτος ἕκαστος γίγνεσθαι ἐτράποντο καθ' ἡδονὰς τῷ δήμῳ καὶ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι.

γ) ad causam indicandam II, 60, 4: ὥστ' εἴ μοι καὶ μέσως ἡγούμενοι μᾶλλον ἑτέρων προσεῖναι αὐτὰ πολεμεῖν ἐπείσθητε, οὐκ ἂν εἰκότως νῦν τοῦ γε ἀδικεῖν αἰτίαν φεροίμην. VI, 14. Ex his locis paulo uberius mihi pertractandus est VI, 14. Traditum est enim libris hoc: γνώμας προτίθει (ὦ πρύτανι) αὖθις Ἀθηναίοις, νομίσας, εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν, τῆς δὲ πόλεως βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι. Ac primum quidem quaeritur, quo modo infinit. τὸ λύειν sit explicandus. Stephanus quidem eum accusativum subiecti esse volebat, quam sententiam nostris temporibus denuo defensum iit Madvigius[4]); nec displicuit ea Kuehnero[5]). Sed hi viri docti formulae αἰτίαν ἔχειν usum non satis videntur tenere, quippe quae, id quod Kruegerus monstravit, quibuscunque locis in prosa oratione reperitur, de personis tantum usurpetur. Bauerus et Kruegerus τὸ λύειν accusativum obiecti, αἰτίαν accusativum praedicati esse volunt, cum ille ita interpretetur: ‚culpa te vacaturum, etiamsi leges solveris', hic IV, 114, 5 comparet, quo loco leguntur haec: τούς τε πάντας παρασκευάζεσθαι ἐκέλευσεν (ὁ Βρασίδας) ὡς βεβαίους τε ἐσομένους ξυμμάχους καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἤδη ὅ τι ἂν ἁμαρτάνωσιν αἰτίαν ἕξοντας. At hic locus nihil valere mihi videtur ad firmandam Kruegeri sententiam Boehmio quoque probatam, cum ante verba ὅ τι ἂν ἁμαρτάνωσιν audiendus sit genetivus pronominis demonstrativi, τούτου, ut conferri possit I, 83, 2: πορισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτὴν (sc. τὴν δαπάνην) καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα, οἵπερ δὲ καὶ τῶν ἀποβαινόντων τὸ πλέον ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας ἕξομεν κτέ., quo loco Thucydides pro genetivo τῶν ἀποβαινόντων, quem ex αἰτίας pendere apertum est, ὅ τι ἂν ἀποβαίνῃ vel ἀποβῇ scribere potuerat. Accusativum relationis Weiskius[6]) et Behrendtius[7]) τὸ λύειν explicari volunt, at eiusmodi infinitivi accusat. apud Thucydidem post adiectiva quaedam[8]), non post verba in usu est. Nam II, 40, 1 τὸ πένεσθαι accusativum obiecti esse patet. Nec magis Classenii interpretatio mihi probatur, qui τὸ λύειν ‚accusativum absolutum', ut ipsius

[1]) vid. p. 6. [2]) p. 498 l. c. [3]) p. 13 l. c. [4]) In eo libro, qui inscribitur: ‚Bemerkungen über einige Punkte der griech. Wortfügung'. [5]) a. a. O. II. S. 608. [6]) p. 497 l. c. [7]) p. 8 l. c. idem censet Birkleinius p. 52 sq. l. c. [8]) vid. p. 8.

verbis utar, intellegi vult conferens I, 142, 3: τὸ δὲ τῆς θαλάσσης ἐπιστήμονας γενέσθαι οὐ ῥᾳδίως αὐτοῖς προσγενήσεται, quo loco infinit. τὸ γενέσθαι potius esse nominativum subiecti manifestum est. Nec propter locum, quem uterque tenet infinitivus, talem ei notionem tribuere licet. Quod enim initio enuntiati est positus, mirum non videtur, cum et VI, 14 et I, 142, 3 ea, quae infinitivis continentur, magnum habere pondus appareat. Nec magis veram esse puto sententiam Matthiaei[1]), qui nostrum locum in iis, quibus accusativus infinit. pro genetivo est, collocat, cum eius modi exempla apud Thucydidem inveniantur nulla[2]). Itaque optimum mihi videtur τὸ in τοῦ[3]), quod ante nos Herwerdenum et Hudium coniecisse in editione huius viri docti reperio, mutare, ut τοῦ λύειν ex αἰτίαν ἔχειν pendeat. Cum enim αἰτίαν ἔχειν passivum verbi αἰτιᾶσθαι sit, id autem verbum cum genetivo rei construatur, etiam formulam αἰτίαν ἔχειν talem genetivum postulare existimo. Exempli causa afferam post formulas ἐλπίδα εἶναι, ἐλπίδα ἔχειν[4]), γνώμην εἶναι[5]), γν. ἔχειν[6]), γν. ποιεῖσθαι[7]) apud Thucydidem sequi nudum infinitivum, non infinit. artic. τοῦ instructum, eam nempe ob causam, quod verba ἐλπίζειν et γιγνώσκειν, quorum loco locutiones dictae funguntur, nudo cum infinitivo coniungi solent. Denique quod genet. τοῦ λύειν a formula αἰτίαν ἔχειν spatio aliquantum remotus est, de industria propter magnum quod in eo inest pondus initio enuntiationis eum positum esse puto.

Iam vero nos convertamus ad alteram enuntiati partem: γνώμας προτίθει . . . νομίσας . . . τῆς πόλεως βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι, quae verba et ipsa uberiorem desiderare mihi videntur expositionem. Legebatur olim ante participium βουλευσαμένης adverbium κακῶς, quod nunc, cum in optimis desit codicibus, ab omnibus fere editoribus eiectum est. Quaeritur autem, verbum βουλεύεσθαι absolute positum aptum praebeat sensum necne. At mihi quidem cum omnino propter ipsius naturam tum hoc loco propter sequens ἰατρός egere videtur additamento, quo eius momentum definiatur. Omissis iis locis, quibus βουλεύεσθαι cum infinitivo vel cum praepositione περὶ coniunctum est, aut neutra adiectivorum aut adverbia, quae consilii vel ineundi vel initi significent rationem, addita ei videmus. Inveniuntur haec: τὰ ἄριστα I, 43, 2. ἴσον I, 91, 4. χεῖρον I, 73, 1; ἀσκέπτως VI, 21, 1. βραδέως I, 78, 1. εὖ I, 71, 4. καλῶς I, 120, 4. ὀρθῶς II, 64, 4. Accedit sequens ἰατρός, quod ad locum emendandum haud exigui est momenti. Ut enim aegro tantum corpori medicus adsciscì solet, ita prytanis a Nicia admonetur, ut medici partes suscipiat, non quod Athenienses omnino consilium, sed quod malum et reipublicae Atheniensi perniciosum inierunt. Haec autem significatio, quam ratio logica ita postulat, ut sine ea imago adhibita sensu careat, in verbis traditis desideratur. Neque ea, quae Kruegerus affert: ‚κακῶς vor βουλευσαμένης wird nach den besten Handschriften gestrichen. Vielleicht lautete das Gesetz etwa: τῆς πόλεως βουλευσαμένης μὴ ἐξεῖναι ἀναψηφίζειν', tollunt difficultatem, cum hic de lege minime agatur. Neque adverbio κακῶς olim inserto ulla per se tribuenda est auctoritas. Multo etiam magis displicet, quod Weidnerus[8]) coniecit: τῆς δὲ πόλεως ἐν τῷ βουλήσεως ἀσθενεῖ ἰατρὸς ἂν γενέσθαι, quae coniectura a librorum scriptura adeo recedit tamque difficilis est, ut probari vix possit. Circumspicienti autem mihi, quae sanandi

---

[1]) Griech. Gr. II[3]., § 543, 3. [2]) III, 11, 1 non legitur τὸ μὴ προέχων ἂν ἐπελθεῖν ἀποτρέπεται, quod M. praebet, sed τῷ . . . ἐπελθεῖν ἀποτρέπεται. [3]) vid. p. 9. [4]) vid. p. 9. [5]) I, 53, 2. 62, 2. II, 12, 2. VI, 47, 1. [6]) II, 86, 3. III, 92, 2. IV, 125, 3. VIII, 44, 1. [7]) I, 128, 5. II, 2, 4. VII, 72, 2. [8]) Programm von Giessen 1875. S. 18.

ratio sermoni Thucydideo optime respondeat, haud ineptum est visum ante βουλευσαμένης inserere verba οὐκ εὖ. Quamquam enim optio datur, utrum οὐκ ὀρθῶς an οὐ καλῶς an οὐκ εὖ scribere malimus, plurimis tamen locis βουλεύεσθαι verbum cum adverbio εὖ coniunctum invenitur. Deprehendi enim εὖ βουλεύεσθαι locis hisce: I, 71, 4. 73, 2. 84, 4. III, 48. IV, 59, 3. 62, 1. V, 111, 4. VI, 23, 3. 36, 3, ὀρθῶς βουλ. tribus: II, 64, 4. VI, 8, 3. 17, 5, καλῶς βουλ. duobus: I, 120, 4. IV, 17, 2. Uno loco III, 42, 5 legitur εὖ βουλεύειν. Nec silentio illud praetereundum mihi videtur, quod propter similitudinem vocabulorum οὐκ εὖ et primae et secundae verbi βουλεύεσθαι syllabae duo illa vocabula excidere potuerunt. Ac ne quis μὴ potius exspectet, οὐκ ideo suum tenere locum addo, quod sensum partic. βουλευσαμένης causalem esse apparet. — Legendum est igitur VI, 14: γνώμας προτίθει αὖθις Ἀθηναίοις, νομίσας, εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τοῦ μὲν λύειν τοὺς νόμους μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν, τῆς δὲ πόλεως οὐκ εὖ βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι.

δ) genetivus comparativus VII, 43, 5: καὶ αὐτοὶ μὲν (sc. οἱ Ἀθηναῖοι) εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσθεν, ὅπως τῇ παρούσῃ ὁρμῇ τοῦ περαίνεσθαι ὧν ἕνεκα ἦλθον μὴ βραδεῖς γένωνται. Quaeritur, genet. τοῦ περαίνεσθαι spectetne ad dativum ὁρμῇ an ad adiectivum βραδεῖς. Commentatores plurimi cum ad ὁρμῇ referunt, rectius Classenius ad βραδεῖς nisus scholiasta, qui βραδεῖς γένωνται interpretatur verbis his: τὸ βραδεῖς γένωνται ἀντὶ τοῦ μὴ ὑστερήσωσι κεῖται. Nam ad similitudinem verbi ὑστερεῖν[1]) etiam βραδὺν γίγνεσθαι[2]) formula cum genetivo iungi potuit. Abiciendo est igitur coniectura Dobrei, qui pro τοῦ τὸ scribi voluit.

ε) genetivus separativus post ἀπαλλάσσειν VIII, 89, 3. 106, 2 (φοβούμενοι . . . τέως τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν . . . διὰ τὴν ἐν τῇ Σικελίᾳ ξυμφορὰν ἀπηλλάγησαν τοῦ σφᾶς τε αὐτοὺς καταμέμφεσθαι κτέ.), ἀποκλῄειν IV, 34, 3. ἀποτρέπειν I, 76, 3.

ζ) ad significandum consilium. Proficiscendum est Nipperdeio[3]) auctore ab eo loco, quo substantivo infinitivi genetivus est additus ad qualitatem actionis indicandam. Eodem enim modo Thucydides adiecit infinit. genetivum verbo ad finem actionis exprimendum, plerumque tamen ita, ut negationem μή apponat. Kruegerus[4]) enumerat locos hosce: I, 4. 23, 4. II, 22, 1, 2. 32. 75, 1, 3. 93, 3. V, 72, 3. VIII, 14, 1, addo I, 45, 2. V, 27, 3, qui loci omnes sunt in narratione. Unus, I, 4, negatione μή caret. Exemplo sit I, 23, 4: διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας προὔγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφοράς, τοῦ μή τινα ζητῆσαί ποτε ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. Transtata est haec constructio in linguam Latinam, ubi ei respondet genetivus gerundii vel gerundivi. Reperitur apud Terentium primum Adelph.[5]) II, 4, 6: ne id ádsentandi mágis quam quo habeam grátum facere exístumes, postea maxime apud Tacitum. Nipperdeius ad Ann. II, 59 (Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis) laudat hos locos: Annal. III, 7, 9, 27, 41. VI, 30. XIII, 11. Hist. IV, 25. 42.

Pauca dicenda sunt de I, 45, 2, cuius loci scriptura vulgata est haec: προεῖπον δὲ ταῦτα τοῦ μὴ λύειν ἕνεκα τὰς σπονδάς. Offendit enim optimo iure Cobetus in praepositione ἕνεκα eamque e textu eiecit, quippe quae hoc uno loco apud Thucydidem cum infinitivo coniuncta legatur. Ad-

---

[1]) conf. Thuc. III, 31, 2: τὸ πλεῖστον τῆς γνώμης εἶχεν (sc. ὁ Ἀλκίδας), ἐπειδὴ τῆς Μυτιλήνης ὑστερήκει, ὅτι τάχιστα τῇ Πελοποννήσῳ . . προσμῖξαι. [2]) Thuc. saepe pro uno verbo γίγνεσθαι sive εἶναι cum adiectivo substantivove coniunctum usurpat, veluti ἄπρακτον γ. IV, 89, 2. μηνυτὴν γ. III, 2, 2. κωλυτὴν γ. V, 9, 7; κώλυμα εἶναι V, 30, 2. [3]) vid. p. 10 adnot. 1. [4]) de II, 4, 1 vid. p. 10 sq.; de VIII, 39, 3 vid. p. 10. [5]) Fleckeisen.

sentientes habet Herwerdenum et Widmannum[1]), quorum virorum hic provocat ad I, 23, 4, ubi scholiasta adnotat ‚λείπει τὸ ἕνεκεν'. Item VIII, 39, 3 in codice Vaticano adiectum est χάριν, de quo dubitandum sibi esse iniuria putavit Classenius. Qua re veri simile fit nostro loco ἕνεκα a glossatore insertum in textum venisse.

Plenius disputandum est de VII, 21, 2, ubi leguntur haec: ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχ ἥκιστα τοῦ ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. Quaeritur enim, quo modo sit interpretandus artic. genetivus τοῦ. Finalem sensum in eo inesse non posse, ut Arnoldus volebat, praeter eum, quantum compertum habeo, viri docti consentiunt, diversas autem difficultatis tollendae vias ingressi sunt. Articulum nulla commutatione facta ita tueri studuerunt Boehmius et Classenius[2]), ut formulas ξυναίρεσθαι τοῦ κινδύνου (IV, 10, 1). τοῦ πολέμου (V, 28, 3), ξυνεπιλαμβάνεσθαι τῆς καταλύσεως (VIII, 26, 1). τοῦ φόβου (VI, 70, 1) conferrent et ξυναναπείθειν verbum eodem modo cum genetivo rei coniunctum esse censerent. Sed quod ξυνεπιλαμβάνεσθαι genetivo rei instruitur, non efficitur adiecta praepositione ξυν-, sed verbi ἐπιλαμβάνεσθαι significatione. Item in verbo ξυναίρεσθαι genetivus est genet. partitivus, qui in verbo ξυναναπείθειν nullo pacto valere potest. Mutationem τοῦ genetivi in accusativum τὸ proposuit Kruegerus, quod ob eam causam nihil ad locum sanandum affert, quod Thucydides post prohibendi tantum verba[3]) accusativo infinit. utitur. Stahlius pro ἥκιστα τοῦ coniecit ἥκιστ' αὐτοὺς idque in textum recepit Hudio secuto, quae coniectura, quamvis magnam habeat commendationem, ob eam rem probabilis mihi non videtur, quod ea recepta verba ταῖς ναυσὶ a verbis οὐχ ἥκιστα, quibuscum quam maxime ea cohaerere sententiarum perpetuitas docet, seiunguntur. Deleri igitur malo codice Monacensi et Londinensi nisus articulum τοῦ, id quod iam Dobreus et Poppo suaserunt, cum eum uncis includerent.

Praeterea cum Stahlio delendum videtur ἐπιχειρήσειν, pro quo codices deteriores praebent ἐπιχειρῆσαι, quod Hudius recepit, propter causas iam ab illo allatas[4]), quod neque infinitivus futuri post ἀθυμεῖν ullam habeat locum et praepositio πρὸς verbo ἐπιχειρεῖν minime apta sit. De ἀθυμεῖν cum dativo et πρὸς coniuncto Stahlius conferri iubet VII, 60, 4 et II, 88, 2. Nullius igitur est momenti, quod ad locum nostrum sanandum proposuit Goetzius, qui legendum esse suspicatus est ἥκιστα μὴ ἀθυμεῖν τοῦ ταῖς ναυσὶν ἐπιχειρήσειν, qua coniectura difficultates non tolli sed augeri apertum est.

g) Infinit. genetivus pendet ex adverbiis, quae cum genetivo coniungi solent. Sunt duo: ἐγγύτατα III, 40, 6. ἔξω V, 97. (ἔξω . . τοῦ . . ἄρξαι).

V. Dativus infinitivi.

a) Infinit. dativus est pro appositione.[5])

b) Infinit. dativus est obiecti loco III, 3, 1 (οἱ δ'Ἀθηναῖοι . . . οὐκ ἀπεδέχοντο τὸ πρῶτον τὰς κατηγορίας μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι). 38, 1, 2.

c) Infinit. dativus significat instrumentum, quo actio aliqua fit, V, 73, 5 (οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι μέχρι μὲν τοῦ τρέψαι χρονίους τὰς μάχας καὶ βεβαίους τῷ μένειν ποιοῦνται). I, 70, 3. III, 82, 6. IV, 126, 2. VI, 31, 3. VII, 21, 4. 48, 6.

---

[1]) De finalium enuntiatorum usu Thucydideo. diss. Gotting. 1875 p. 9. [2]) Sequitur eum Birkleinius p. 54 l. c. [3]) vid. p. 7. [4]) Quaest. grammat. ad Thuc. pertin. p. 8 sq. [5]) vid. p. 7.

d) Infinit. dativus indicat causam II, 89, 2. III, 11, 1. 83, 2 (τῷ γὰρ δεδιέναι τό τε αὐτῶν ἐνδεὲς καὶ τὸ τῶν ἐναντίων ξυνετὸν ... τολμηρῶς πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν). IV, 34, 1. 126, 1. V, 113. VII, 60, 4.

Plenius hic disserendum videtur de II, 102, 3: τό τε γὰρ ῥεῦμά ἐστι μέγα καὶ πολὺ καὶ θολερόν, αἵ τε νῆσοι πυκναί, καὶ ἀλλήλαις τῆς προσχώσεως τῷ μὴ σκεδάννυσθαι ξύνδεσμοι γίγνονται, παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον κείμεναι οὐδ' ἔχουσαι εὐθείας διόδους τοῦ ὕδατος ἐς τὸ πέλαγος. Sic codices Palatino excepto, qui pro τῷ μὴ habet τὸ μή. Vulgatam scripturam defenderunt Kruegerus et Classenius, quorum ille infinitivo vult indicari causam, hic adnotat haec: ‚τῷ μὴ σκεδάννυσθαι erklärt die ξύνδεσμοι im Verhältnisz zu der πρόσχωσις durch die nächste Wirkung auf diese'. Popponis coniecturam τοῦ pro τῷ repudiamus, cum infinit. genetivus nullo pacto possit, quod ille volebat, significare effectum. Ut autem dubitationes, quae his interpretandi modis obstant, in lucem melius prodeant, id, quod Thucydides narrare voluit, breviter comprehendamus. Ostendere ei in animo est, quo modo pars altera Echinadum insularum, quarum altera cum terra continenti iam concrevit, eo perventura sit, ut et ipsa cum ea coniungatur. Cuius rei causa continetur et Acheloo flumine, quod propter vehementem cursus impetum magnam fert humi multitudinem et Echinadibus insulis ipsis, quae et πυκναί et παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον κείμεναι οὐδ' ἔχουσαι εὐθείας διόδους τοῦ ὕδατος ἐς τὸ πέλαγος sitae sunt. Qua utraque causa id, quod Thucydides describere voluit, tam manifestum fit, ut nihil iam desideretur. Quod Kruegerus et Classenius ad scripturam codicum plurimorum attulerunt tuendam, ob eam rem nihil proficit, quod causa, qua efficitur, ut humus non in altum mare eiciatur, sed ad insulas aggeratur, non in eo, quod humus dispergi nequit, sed in ipso potius insularum situ inest. Recte igitur sensit Reiskius[1]) infinitivum, si quem haberet locum, nihil aliud posse significare nisi consecutionem, quam ob rem Palatini scripturam praestare censebat. Contra hunc autem virum doctum duae potissimum causae pugnant: altera, quod Thucydides post negativa tantum verba[2]), quo in genere formula ξύνδεσμον γίγνεσθαι poni non potest, accusativum infinit. ad consecutionem significandam adhibet, altera, quod effectus ex insularum situ natus vocabulis ξύνδεσμοι γίγνονται iam continetur. Accedit, quod infinitivo τῷ μὴ σκεδάννυσθαι vel, si mavis, τὸ μὴ σκεδάννυσθαι, cuius subiectum ex vocabulo προσχώσεως satis artificiose auditur, verba ξύνδεσμοι et προσχώσεως, quae quam maxime inter se cohaerent, tam violenter divelluntur, ut ferri iam non possit. Quae difficultates haud exiguae vestigia interpolatoris indicare mihi videntur, qua de causa cum Stahlio facio, qui, postquam iam antea Boehmius adnotavit: ‚der Zusatz erscheint etwas müssig', verba τῷ μὴ σκεδάννυσθαι uncis includit, cum dicat: ‚τῷ μὴ σκεδ.' huc inrepsisse videtur ex scholiastae τῆς προσχώσεως ἕνεκα, διὰ τῆς προσχώσεως, διὰ τὸ μὴ σκεδάννυσθαι αὐτήν.' Herwerdenus ut olim[3]) idem censuit, ita in editione scribit τοῦ, quod nullo modo defendi potest.

VI. Infinitivus articulo instructus pendet e praepositionibus.

Reperiuntur coniunctae:

a) cum accusativo:

α) διά I, 3, 4. 23, 2. 37, 2. 69, 5. 70, 4, 5. 84, 1. 141, 2. 142, 3. II, 11, 3. 14. 37, 1. 50. 51, 4. 52, 3. 64, 3. 65, 5. 81, 5 (bis). 89, 1. 91, 3. 93, 1. III, 82, 2, 5. IV, 17, 3. 18, 3. 35, 1.

---

[1]) Animadvers. ad Thucyd. p. 24. [2]) vid. p. 7. [3]) Stud. Thucyd. p. 38.

55, 4. 88. 102, 2. 106, 1. V, 4, 3. 11, 3. 16, 1. 71, 1. 97. VI, 2, 2. 9, 2. 10, 2. 11, 4. 18, 3. 49, 2. 55, 2. 56, 1. 68, 2. 84, 1. 87, 4. 92, 3. 96, 2. VII, 12, 3. 36, 3. 44, 5 (bis). 62, 2. 68. 3. 70, 4 (bis). 72, 3. 81, 4. VIII, 2, 2. 63, 1. 71, 3. 73, 3. 98, 3. Exemplo utor II, 14: χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς διὰ τὸ ἀεὶ εἰωθέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.

β) ἐπί II, 65, 6 (bis): ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τις αὐτοὺς παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας, λέγων κατέπλησσεν ἐπὶ τὸ φοβεῖσθαι, καὶ δεδιότας αὖ ἀλόγως ἀντικαθίστη πάλιν ἐπὶ τὸ θαρσεῖν.

γ) ἐς I, 17, 1. 22, 3. 23, 5. 56. 70, 3. 87, 1. 93, 2. 136, 4. II, 48, 2. III, 45, 4. 82, 8. IV, 108, 2. VI, 12, 2. 60, 2. VII, 19, 2. 63, 2. 67, 3 (bis). 69, 4. 70, 3. VIII, 40, 3. 47, 2. 83, 1. Exemplum adscribo IV, 108, 2: καὶ αἱ πόλεις πυνθανόμεναι αἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι τῆς τε Ἀμφιπόλεως τὴν ἅλωσιν καὶ ἃ παρέχεται, τήν τε ἐκείνου (sc. τοῦ Βρασίδου) πρᾳότητα, μάλιστα δὴ ἐπήρθησαν ἐς τὸ νεωτερίζειν.

Difficultates praebuit nonnullis viris doctis VI, 60, 2: καθ' ἡμέραν ἐπεδίδοσαν μᾶλλον ἐς τὸ ἀγριώτερόν τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν. Quaeritur enim, qua ratione infinitivus ξυλλαμβάνειν sit explicandus. Classenius quidem Birkleinio[1]) secuto ξυλλαμβάνειν accusativum effectus intellegit, cum particula τέ prohibeat, quominus ξυλλαμβ. ad ἐς τὸ referatur. Nullam autem esse difficultatem in particula τέ manifestum fiet collatis II, 51, 4: ἐπὶ πλέον . . . οἱ διαπεφευγότες τόν τε θνήσκοντα καὶ τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο διὰ τὸ προειδέναι τε καὶ αὐτοὶ ἤδη ἐν τῷ θαρσαλέῳ εἶναι, V, 16, 1: ἐπειδὴ δὲ . . . ἐτεθνήκει Κλέων τε καὶ Βρασίδας, οἵπερ ἀμφοτέρωθεν μάλιστα ἠναντιοῦντο τῇ εἰρήνῃ, ὁ μὲν διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολέμου, ὁ δὲ κτἑ., VI, 55, 2: καὶ ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ πρῶτος γέγραπται μετὰ τὸν πατέρα, οὐδὲ τοῦτο ἀπεικότως διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ καὶ τυραννεῦσαι. Nam quamquam hoc loco non duo infinitivi sed adiectivum et infinitivus reperiuntur, tamen, cum utrumque vocabulum, cui est additus articulus τὸ, in substantivi modum transeat, id, quod de duobus infinitivis per τέ . . καί coniunctis valet[2]), etiam in infinitivum et adiectivum transferri posse credo. Itaque non offendit, quod ante ξυλλαμβάνειν nec praepositionem neque articulum iteratum videmus. Nam I, 121, 4: ἢ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι ἐπὶ δουλείᾳ τῇ αὐτῶν φέροντες οὐκ ἀπεροῦσιν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς καὶ αὐτοὶ ἅμα σώζεσθαι οὐκ ἄρα δαπανήσομεν καὶ ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' ἐκείνων αὐτὰ ἀφαιρεθέντες αὐτοῖς τούτοις κακῶς πάσχειν Thucydides etiam alteri infinitivo et praepositionem et articulum ob eam rem adiunxit, quod verbum finitum inter infinitivos coniungendos interposuit. Quae cum ita sint, displicet coniectura Kruegeri, qui, ut ante πλείους insereretur τὸ, proposuit; referri enim non posse τὸ, quod ante ἀγριώτερον est, ad infinit. ξυλλαμβάνειν. Atque hic quispiam attulerit ad stabiliendam Kruegeri sententiam Thuc. VII, 63, 2: . . . καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι πολὺ πλεῖον μετείχετε, vel Eurip. Heracl. 240: τρισσαί μ' ἀναγκάζουσι συμφορᾶς ὁδοί, / . . . . . / τὸ συγγενές τε καὶ τὸ προὐφείλειν καλῶς / πράσσειν παρ' ἡμῶν τοῖσδε πατρῴαν χάριν, vel Soph. Oed. Col. 1127: . . . ἐπεὶ τό γ' εὐσεβὲς / μόνοις παρ' ὑμῖν ηὗρον ἀνθρώπων ἐγὼ / καὶ τοὐπιεικὲς καὶ τὸ μὴ ψευδοστομεῖν. Qui tres loci quin sint admodum diversi, quis est, qui dubitet? Nam cum VI, 60, 2 notiones, quae adiectivo et infinitivo continentur, eius modi sint, ut infinitivus adiectivum accuratius definiat, locis supra allatis etiam infinitivo additus est articulus, quod suum

[1]) p. 56 l. c. [2]) vid. p. 19.

quodque vocabulum habet momentum, ut his locis conferri possit V, 9, 6: καὶ νομίσατε τρία εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν, τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι καὶ τὸ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι.[1]) Nec minus displicet id, quod proposuit Badhamus.[2]) Legi enim vult μᾶλλον ἐπεδ. ἐς τὸ ἀγριώτερον, ὥστε πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν, cum perabsurde τὸ ἀγρ. et τὸ ξυλλ., tamquam res sint diversae, per τὲ καὶ coniungantur. Nihil autem offensionis habere coniunctionem per τὲ καὶ effectam et exempla Thucydidea supra prolata et grammatici[3]) docent. Intactum igitur cum Boehmio, qui adnotat: ‚ξυλλαμβάνειν gehört zu ἐς τὸ' locum, de quo egimus, relinquo.

δ) κατά II, 72, 3. 89, 3. 97, 4 (. . . ὅμως δὲ κατὰ τὸ δύνασθαι ἐπὶ πλέον αὐτῷ ἐχρήσαντο). VII, 63, 2.

ε) παρά I, 41, 3 (καὶ ἐν καιροῖς τοιούτοις ἐγένετο οἷς μάλιστα ἄνθρωποι ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς σφετέρους ἰόντες τῶν πάντων ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν). 77, 2.

ζ) πρός I, 72, 2 (bis). II, 11, 3 (bis). 87, 3. III, 44, 2.[4]) V, 73, 4 (οἱ δὲ Μαντινῆς καὶ οἱ ξύμμαχοι . . . οὐκέτι πρὸς τὸ ἐγκεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις τὴν γνώμην εἶχον). VII, 69, 3. VIII, 41, 1. 76, 5.

b) cum genetivo:

α) ἀντί I, 69, 4. IV, 62, 2. VI, 87, 5. VII, 28, 1 (τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἐδεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη). 75, 7.

β) ἀπό I, 138, 2. II, 63, 1 (τῆς τε πόλεως ὑμᾶς εἰκὸς τῷ τιμωμένῳ ἀπὸ τοῦ ἄρχειν . . . βοηθεῖν).

γ) ἐκ I, 34, 2 (ὁ γὰρ τὰς ἐλαχίστας τὰς μεταμελείας ἐκ τοῦ χαρίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις λαμβάνων ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη). 122, 4. II, 44, 2. 53, 3. III, 14. 22, 1. 40, 2. V, 16, 1. VI, 17, 2. 38, 4. 40, 3 (bis). VII, 68, 3.

δ) μετά I, 6, 3. II, 43, 3. VI, 65, 1 (οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Συρακοσίων, μετὰ τοῦ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρσεῖν . . . ., ἐπίστευσαν κτέ.).

ε) μέχρι II, 53, 3. V, 73, 5 (οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι μέχρι μὲν τοῦ τρέψαι χρονίους τὰς μάχας . . . ποιοῦνται).

ζ) περί I, 37, 1. II, 22, 1. 55 (Περικλῆς δὲ . . . περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐπεξιέναι τοὺς Ἀθηναίους τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχεν). IV, 59, 2. 62, 1. 63, 3. 84, 1. V, 46, 1. VI, 34, 4. VII, 49, 2. 56, 1. VIII, 52, 2.

η) πρό III, 68, 1. IV, 59, 2. V, 93 (. . ὑμῖν μὲν πρὸ τοῦ τὰ δεινότατα παθεῖν ὑπακοῦσαι ἂν γένοιτο). 100.

c) cum dativo:

α) ἐν II, 11, 5[5]). 43, 1, 3. IV, 18, 3. VI, 38, 2 (ἡμεῖς δὲ κακοί, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξεσθαί τε καὶ αἰσθόμενοι ἐπεξελθεῖν). 89, 2.

β) ἐπί I, 34, 1 (bis). 38, 1 (ter). 70, 5. 74, 3. 121, 4 (bis). III, 42, 5, quibus locis praepos. ἐπὶ indicat consilium. Pro exemplo sit I, 34, 1: οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὁμοῖοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται.

Widmannus[6]) praeter hos locos laudat I, 71, 1: . . . οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν

---

[1]) vid. p. 6. [2]) Mnemos. III, p. 235. [3]) Kühner a. a. O. II. S. 794, 3. [4]) apud Weiskium pp. 534 non exstat. [5]) Weiskius p. 533 l. c. omisit. [6]) l. c. p. VIII. etiam Weiskius p. 539 l. c., Behrendtius p. 19 l. c, Birkleinius p. 57 l. c.

ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν, οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε ἄλλους καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι τὸ ἴσον νέμετε. Equidem probabilius iudico cum J. G. Schneidero[1]) hunc locum ita intellegi, ut ἐπὶ τῷ non consilium sed condicionem significet, cum hac una interpretatione id, quod Thucydides Corinthiorum legatos Lacedaemoniis obicientes facit, dilucide explicetur. Idem censet Poppo, cum locum in linguam Latinam ita vertat: ‚sed aequitatem colitis, ita (proposita hac condicione), ut et alios non laedatis et ipsi, dum iniurias propulsetis, damnum non patiamini'. Probari igitur non potest neque interpretatio Classenii, qui praepositione ἐπὶ neglecta locum ita exponit: ‚ihr legt denselben Wert auf das (Verfahren) andern nichts zu Leide zu thun und das sich selbst verteidigend nicht zu Schaden zu kommen', neque ratio Herwerdeni, qui ἐπὶ Badhamo auctore[2]) incluso dativum τῷ μὴ λυπεῖν ex verbo νέμειν pendentem facit.

Restat, ut in unum conferamus, quae sit ratio, cum de pluribus infinitivis agitur: repetatur articulus necne.

a) Iteratur articulus, cum infinitivi inter se opponuntur. Fieri id potest modo duplici:

α) per particulam adversativam ἀλλά, ut II, 44, 3 (. . . οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥσπερ τινές φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι. VII, 81, 3. — Nec tollitur haec lex VII, 28, 3.[3])

β) per particulam disiunctivam ἤ.[4])

Non iteratur articulus, cum alter infinitivus, cui opponitur alter, audiendus est, ut III, 85, 2: . . . διέβησαν ἐς τὴν νῆσον, . . . καὶ τὰ πλοῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς, ἀποβάντες ἐς τὸ ὄρος Ἰστώνην, . . . ἔφθειρον τοὺς ἐν τῇ πόλει κτέ.

Cuius rei mutatio non fit, si praepositio aliqua adicitur, cum et prior et posterior infinitivus neque articulo neque praepositione careat. Veluti legimus I, 38, 1: ἡμεῖς δὲ οὐδ' αὐτοί φαμεν ἐπὶ τῷ ὑπὸ τούτων ὑβρίζεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἡγεμόνες τε εἶναι κτλ. 34, 1 et I, 72, 2: ἐβούλοντο . . . ποιήσασθαι . . . τοῖς νεωτέροις ἐξήγησιν ὧν ἄπειροι ἦσαν, νομίζοντες μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν.

b) Non iteratur articulus, cum infinitivi inter se coniunguntur, vel, ut idem aliis verbis exprimam, cum notiones, quae infinitivis continentur, aut eaedem aut similes aut tales sunt, ut in posteriore infinitivo effectus vel consecutio prioris insit.

Coniuncti sunt inter se infinitivi:

α) per καί, ut II, 42, 3: . . . τὸ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι . . . τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον . . . 64, 4. VII, 81, 3.

β) per τέ — καί, ut VII, 68, 3: τὸ δὲ . . . τούσδε τε κολασθῆναι καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ καρπουμένῃ καὶ πρὶν ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι καλὸς ὁ ἀγών. I, 38, 1. 71, 1. II, 51, 4. V, 16, 1. VI, 55, 2. VIII, 106, 2.

---

[1]) adnot. Kr. [2]) Mnemos. III, p. 375 sq. [3]) vid. p. 6. [4]) vid p. 5.

γ) per μηδέ IV, 73, 2: καλῶς δὲ ἐνόμιζον σφίσιν ἀμφότερα ἔχειν, ἅμα μὲν τὸ μὴ ἐπιχειρεῖν προτέρους μηδὲ μάχης καὶ κινδύνων ἑκόντας ἄρξαι. II, 93, 3.

δ) per μήτε — μήτε VII, 62, 4: ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν, καὶ τὸ μήτ' αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι μήτ' ἐκείνους ἐᾶν ὠφέλιμον φαίνεται.

Contra iis locis, quibus enumeratio fit complurium notionum, quae per infinitivos efferuntur, suum quisque habet infinitivus articulum, ut V, 9, 6.[1])

Praepositione accedente prior tantum infinitivus et praepositione et articulo praeditus est, veluti II, 51, 4. V, 16, 1. VI, 55, 2[2]); addo I, 70, 5. II, 81, 5. 89, 1. VI, 65, 1. VII, 72, 3. VIII, 2, 2. 41, 1.

Uno loco, I, 121, 4, Thucydides et praepositionem et articulum addidit etiam alteri infinitivo.[2])

---

[1]) vid. p. 6. [2]) vid. pag. 16.

Index locorum.

liber primus.			liber secundus.			liber tertius.			liber quartus.		
locus.		pag.	locus.		pag.	locus.		pag.	locus.		pag.
narrat.	oratio.		narrat.	oratio.		narrat.	oratio.		narrat.	oratio.	
	38,1 (ter).	17.		44,2.	17.		58,1.	4.	88.		16.
	41,2.	6.		44,3(bis).	4.	68,1.		17.	102,2.		16.
	41,3.	17.	48,2.		16.	75,3.		7. 8.	106,1.		16.
	42,3(bis).	4.	49,4.		7. 8.	82,2.		15.	108,2.		16.
45,2.		13.	50.		15.	82,3.		8.	120,4.		8.
56.		16.	51,4.		15.	82,4.		4.		126,1.	15.
	69,4.	17.	52,3.		15.	82,5.		15.		126,2.	14.
	69,5.	15.	53,2.		8.	82,6.		14.		126,5 (ter).	7. 8. 11.
	70,3(bis).	14. 16.	53,3(bis).		17.	82,8(bis).		7. 16.			
	70,4.	15.	55.		17.	82,9.		8.			
	70,5(ter).	7. 15. 17.	56,2.		8.	83,1.		4.			
	71,1.	17.		60,4.	11.	83,2.		15.			
72,2(bis).		17.		63,1.	17.	85,2.		8.			
	74,3.	17.		64,3.	15.						
	76,3.	13.		64,4.	4.						
	77,2.	17.	65,5.		15.						
	84,1.	15.	65,6(ter).		11. 16.						
87,1.		16.	72,3.		17.						
93,2.		16.	75,1.		13.						
	121,4(bis	17.	75,3.		13.						
	122,4.	17.	81,3.		7.						
	124,1.	4.	81,5(bis).		15.						
126,1.		8.		87,1.	8.						
136,4.		16.		87,2.	4.						
138,2.		17.		87,3(bis).	7. 17.						
	141,2.	15.	88,2.		8.						
	142,3 (bis).	4. 15.		89,1.	15.						
	144,1.	8.		89,2.	15.						
146.		8.		89,3.	17.						
			91,3.		15.						
			93,1.		15.						
			93,3.		13.						
			97,4.		17						

liber quintus.

locus. narrat.	locus. oratio.	pag.
4,3.		16.
	9,1.	4.
	9,4.	8.
	9,6 (quater).	6. 11.
11,3.		16.
16,1 (bis).		16. 17.
27,3.		13.
46,1.		17.
71,1.		16.
72,3.		13.
73,4.		17.
73,5.		14. 17.
	86.	8.
	93.	17.
	97 (bis).	14. 16.
	100.	17.
	102.	4.
	113.	15.

liber sextus.

locus. narrat.	locus. oratio.	pag.
1.		7.
2,2.		16.
	9,2.	16.
	10,2.	16.
	11,4.	16.
	12,1.	4.
	12,2.	16.
	14 (ter).	5. 7. 11.
	17,2.	17.
	17,6.	8.
	18,3.	16.
	18,7.	7.
31,3.		14.
	34,4.	17.
	34,8.	5.
	37,2.	4.
	38,2.	17.
	38,4.	17.
	40,3(bis).	17.
41,2.		8.
49,2.		16.
55,2.		16.
56,1.		16.
60,2.		16.
61,5.		7.
65,1.		17.
68,2.		16.
	80,1.	6.
	84,1.	16.
	87,4.	16.
	87,5.	17.
	89,2.	17.
	89,5.	4.
	92,3.	16.
96,2.		16.
105,3.		8.

liber septimus.

locus. narrat.	locus. oratio.	pag.
8,2.		8.
	12,3.	16.
	14,1.	4.
19,2.		16.
21,4.		14.
27,2.		4.
28,1.		17.
28,3.		6.
33,2.		7.
36,3.		16.
36,5.		7.
42,2.		8.
43,5.		13.
44,5(bis).		16.
48,6.		14.
49,2.		17.
53,4.		7.
56,1.		17.
60,4.		15.
	62,2.	16.
	62,4.	4.
	63,2(bis).	16. 17.
	64,1.	4.
	67,1.	8.
	67,3(bis).	16.
	68,2.	7.
	68,3(ter).	4. 16. 17.
69,3.		17.
69,4.		16.
70,3.		16.
70,4(bis).		16.
71,6.		4.
72,3.		16.
75,7.		17.
	81,3(bis).	7.
	81,4.	16.
	81,6.	4.
84,1.		8.

liber octavus.

locus.	pag.
2,2.	16.
14,1.	13.
39,3.	10.
40,3.	16.
41,1.	17.
47,2.	16.
48,6.	8.
52,2.	17.
63,1.	16.
71,3.	16.
73,3.	16.
76,5.	17.
82,2.	7.
83,1.	16.
87,3.	7.
89,3.	13.
92,11.	7.
98,3.	16.
106,2.	13.

Inspicienti hunc indicem narrationem et orationem nos discrevisse apparebit, ut cognosci posset, qualis hac in re inter narrationem et orationem intercederet ratio. Summa igitur collecta et eorum locorum, qui ad narrationem et eorum, qui ad orationem spectant, infinitivum cum articulo coniunctum hic aeque crebrum esse atque illic videbimus. Cum autem orationes quintam fere partem operis Thucydidei efficiant, illum infinitivi usum quattuor partibus maiorem esse in iis quam in narratione patet.[1]

Infinitivi autem cum articulo coniuncti usum apud Thucydidem esse creberrimum atque amplissimum optime manifestum fiet, si hunc scriptorem cum aliis et historicis et oratoribus contenderimus. Quem ad finem sumptis Xenophontis historia Graeca et Isaei orationibus cum centum et quinquaginta paginae Teubnerianae operis Thucydidei centum et undecim exempla infinitivi articulo instructi contineant, in totidem paginis eiusdem editionis Xenophontis historiam Graecam duo et sexaginta, septem et triginta Isaei orationes praebere inveni. Nec solum numero sed etiam genere haec exempla ab illis differunt. Reperitur enim apud Xenophontem et Isaeum illud locutionis genus maxima ex parte aut subiecti aut obiecti loco aut ex praepositionibus aptum. Denique si additamenta infinitivo articulo instructo facta, quae quominus accuratius exponam inopia spatii suppeditati impedior, respicis, plura adiecta non reperies quam hoc Xenophontis loco, H. Gr. I, 6, 8: διὰ τὸ οἰκοῦντας ἐν βαρβάροις πλεῖστα κακὰ ἤδη ὑπ' αὐτῶν πεπονθέναι.

Restat denique, ut eos quos uberius tractavimus locos indicemus. Sunt hi:

Addenda.

p. 4 B I a inseras velim post VII, 27, 2. VII, 62, 4.

[1] Behrendtius p. 21 l. c. eandem rationem praebet.